

WARBURG INSTITUTE
FDH 635





WARBURG



18 0292781 0

P
b
t
635

DISPUTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE
CONIVGIBVS INCANTATIS
EORVMQVE SEPARATIONE,

GERMANICE:

Bon bezauerten Ehe-Leuten und derselben
Scheidung/

QVAM DEO ADIVVANTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

REGIA CELSITVDINE,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO.

DN. CAROLO FRIDERICO,

HEREDE NORVAGIAE, SUPREMO DVCE SLESVICI,
DVCE HOLSATIAE, STORMARIAE ET DITHMARSIAE,
COMITE IN OLDENBURG ET DELMENHORST,

ET RELIQUA,

IN ALMA CHRISTIAN- ALBERTINA
EX DECRETO MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

SVB PRAESIDIO

VIRI AMPLISSIMI ET CONSULTISSIMI

IO. ZACHARIAE HARTMANNI, D.

INSTITVT. ET IVRIS PATRII PROFESSORIS ORDINARII,

ET FACULTATIS IVRIDICAE H. T. DECANI,

AD CONSEQUENDOS DOCTORIS IN VTRIQUE
IVRE HONORES

D. DECEMBERIS ANNO MDCXXVII. IN AUDITORIO MAIORI
CONVENTIS ANTE ET POST MERIDIEM HORIS
PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR

IOANNES HELVIGIVS ZIELINSKI,
ADVOCATVS HAMBVRGENSIS.

IENAE, RECUSA PER I. B. HELLERVUM, 1736.

10 THE HISTORY OF

THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

THE HISTORY OF THE INCAGLIATORES
OF SAVOIA.

論著書の題名

DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE
CONIVGIBVS INCANTATIS
EORVMQVE SEPARATIONE.

§. I.

Ex coniugiorum bonitate ciuium salus maxime pendet : in quo verae Politices Cultores conueniunt. Unde illud Philosophorum Princeps, Aristoteles : elementum mundi & seminarium generis humani, Lib. I. c. 3. Oecon. appellavit. Audiamus Imperatorem Iustinianum : Matrimonium, inquit, sic est honestum, ut humani generis videatur immortalarem artificiose introducere, & ex filiorum procreatione renouata genera manent. Nov. 22. impraf. Idem sine dubio Veteres per consuetum illum ritum, quem in urbe condenda adhibebant, denotare voluerunt, quem, post alios, his verbis refert Zahn. Ichneogr. municip. c. 1. n. 12. seqq. Qui urbem nouam condere voluit, tauro & vacca arabat ; Vbi arasset murum faciebat ; ubi portam volebat esse, aratum collebat. & portam vocabat a portando ; aratum qui tenebat, laciniam togæ in huncerum dextrum reiiciebat, seseque cingebat, vel quia is sarcis operarium erat habitus, inter quae sacra & opus condendae urbis referebatur, vel ut commodius suam tenere posset ; denique ab

multitudinem ciuium togato. i. e. pacifico habitu fouendam esse ostenderet, neque solum bellicis artibus ciuitates vigere, sed multo magis pace florere, aratrum, cuius vomer fuit aereum, in perpetuitatis symbolum, dirigebat conditor ipse; Si vero mulier ponendae Urbis auctor fuit, id muneric penes architectos relinquebatur. Infodiendo glebae interne reiiciebantur, quoniam omnis fertilitas in urbem importanda. Sulcus ille, quo loco murorum designabantur, dictus fuit: sulcus primigenius. Boues duo tantum erant, taurus scilicet, & vacca, quo legitimum inter marem & foeminam matrimonium denotabant, quod rem publicam tuetur & auget. Boues illi erant albi, ut illo candore ostenderentur ciues sine labe; praeterea ita iuncti boues, ut vacca interior, taurus exterior esset: Mulieris enim est, quae intra domum sunt, curare, viri autem exteriora, Zabn. l. c. ibique cit. Iul. Caes. Buleng. de Rom. Imp. & Limn. de Iur. Publ.

§. II. Haec adducere, non ut etymologiae coniugii, a quo coniuges dicuntur, satisficeret, sed ut necessitas illius magis patesceret. Iam enim siue a iungendo, siue a iugo, ut plerique volunt, coniugium potius deriuare quis amet, nobis idem est, quippe qui praelia haec etymologica aliis relinquimus. conf. interim Beat. Dn. Stein. Dissert. de Coniugio maris & foeminae locupletis. Regiom. 1720. habbit. §. 4. Pariter, quid incantare & incantatum significet, neminem facile praeteribit, ut adeo eius vocabuli euolutiōni multum immorari vix operae pretium ducamus. Id notasse magis fortasse expedit, nuptias, matrimonium & coniugium, ex communi vsu loquendi, nobis synonyma existere, nec inter illa differentiam, nisi nominalem, cum Doctoribus, haud infimae auctoritatis agnoscamus. Quibus praemissis, ad ipsam rerum cognitionem pergimus,

coniugium definientes, quod sit: *legitima viri & mulieris coniunctio, arctissimam vitae consuetudinem, iuriumque communicationem continens.*

§. III Posse sagas & magos, diabolo cōoperante, coniuges infocundos reddere, vel alias matrimonii vsum inter illos impedire, id vero res, quae omnem fidem exce-
dar, a multis dicitur, quod non admitto. Etenim si in-
cantamenta dantur, quibus malefici thesauros deprehen-
dere milites nonnulli arma ligare, vel se aut alios ad cer-
tum tempus sensus expertes facere possunt, meritasque eo
nomine poenas dant. vid. in Corp. Iur. Militar. Regis Danie-
Christiani Vti Krieges Articul, art. 2. conf. Besold. The-
saur. Pract. Voce: *Nessel Werknüppfen*; cur non & li-
gatio quaedam magica coniugii exercitium finemque im-
pediat? vid. Besold. sub dict. Voce. Cuiusmodi ligationem
idecirco Ius Canonicum, in c. 4. c. 33. Qu. 1. diserte agnouit;
sed & exempla diuersi generis perspicue & satis compro-
bant. Del Rio Lib. 3. Disquis. magie. Qu. 4. Sect. 8. item
Cypraeus, Tr. de Iure Connub. cap. 9. §. 13. num. 13. & 40. vbi
inter alia, cum Tornaci anno 1585. Serenissimi Ducis Hol-
satiae Legatum egit, iuuenes duos, carris per urbem ibi
vectos virginisque caesos, quod nodo maritos aliquos fasci-
nassent, se vidisse refert, poenamque simul istam tanto cri-
mine, multo leuiorem fuisse, iudicat. Obseruamus vero,
hoc malum facilius viros, quam foeminas infestare ac pre-
mere, forte: quia plures sunt maleficae, quam malefici,
vel, quod aliis placet: quoniam, vbi plus operae & in-
strumentorum requiritur, ibi etiam facilius aliquis defe-
ctus & impedimentum occurrere potest. vid. Del Rio l. c.
Caeterum si quis alia exempla requiret, is Besoldum in Theb.

Pract. Voce: Nessel Werknüppfen, nec non Dietb. in Con-
tin. Eiusd. dict. voce: adeat.

§. IV. Nec obstat: quod tamen mali huius naturalis ratio dari non possit, ac adeo non sit probabile, illud existi, sed vanum pottus. Vide *Cocceius in not. ad Paul. Zach. Quest. medico legal. Tit. I. Quest. 2. n. 22.* nihil certi de hac re le actione potest automat. Et enim ob deficientem rationem res non ita in ipsa non entibus adnumerari debet, cum alioquin & de oppido multis, quae vel citra omnem aut solidam causam in physicis experientia sola manifestat, aucto rem ambigendum forer. Superstitionis nihil lominus norim illi tamen facile hic incurram, qui vel hunc vel aliud magiae effectum characteribus, signis ac verbis magorum nudis, citra ullam aliam daemonis intervenientem operationem, attribuant. Optime enim *Seneca 4. Natur. Quest. 7 Rudis*, inquit, *antiquitas credebatur, & attrahimbras carminibus & cantibus, & repellis, quorum nihil fieri posse tam palam est, ne buius res causa nullius Pibile sopbi schola intrandas sit.* Ex qua adeo vana quorundam, quantumvis celebrium virorum, quos *Del Rio Lib. I. Disquis. magic. c. 4. Qu. 1. & 3. memorat*, mente, nec cubitandum, quin Imperatori, homines magicis susurris §. 5. I. de publ. iudic. occidi posse statuerint, nunc us hac vice remittendus sit, ni dicamus: Principem opimum, non pro principali ac efficiente nocturni illati causa, sed tantum pro medio, sine quo vis magiae se exercere non potuerit, murmura susurrosque praedictos agnouisse, nempe credidisse, non quod ipsis murmuris & verbis efficacia quaedam insit, sed quod Daemon, non nisi horrendo carmine pronuntiato, maleficos adiuuare velit: vid. *Anthon. Matth. Tr. de Criminibus Tit. XI. c. 1. pag. 226.*

§. V. Licet interim vero modi speciales, quibus
opera daemonis interveniente, malefici ac sagae coniuges
ligant, infiniti esse possint, ita tamen in genere aut tales illi
sunt, per quos ille mille fraudum artifex membrum genitalis
usum, vel plane impedit, & coniugem impotentem facit,
vel vsu quidem membrini nunc dicti haud impedito, mutu-
um tamen inter coniuges amorem proflus auferit, eosdem
que, licet, quando absentes sunt, ardenter se ament,
tempore nihilominus, quo conueniunt & coituri sunt, o-
dio adeo graui accedit, ut unus alterum vel vnguis dila-
ceratum, eque medio ac oculis suis penitus sublatum velit.
vid. Del Rio Lib. 3. Disqu. magic. Qu. 4. Sect. 8. Et 9.

§. VI. Per coniuges itaque nocatos hoc loco illi pro-
prie a nobis intelliguntur, qui per magicum ligamen incepti
tam ad generandum, quam ad concubendum facti sunt.
Vnde sic ab illis (α) impotentes ac frigidi differunt, quoni-
am usum Veneris multis horum ipsa iam natura ademit.
Quamvis caeterum nos haud lateat, maleficatum nonnulli-
lis eum dici, qui intuitu unius, frigidum vero ac impoten-
tem, qui omnium respectu coire nequit; Sed falli tamen
eos, vel exempla Sylvani & Aurelii, quorum uterque ob
magiae nodum, prout ex Tacito & Zonara Del Rio Lib. 3.
Disquist. Magic. Qu. 4. Sect. 8. refert, cum nulla congregari
valuit. conf. Paul. Zachias, Quaest. medico-leg. Lib. 9. Tit. 3.
Qu. 2. n. 22. ahorumque virorum & uxorum natura qui-
dem sua potentum, sed ratione huius solum vel illius fo-
minae aur viri impotentum, haud obscure comprobant.
vid. Paul. Zachias. Lib. 3. Quaest. medico legal. Tit. I. Quaest.
6. Brunn. in Iure Eccles. Lib. 2. c. 17. §. 7. Distinguenda (β) a
coniugibus, de quibus, hic agimus, nodatis, erunt, qui
facto quidem, sed humano, velut per castrationem, aut
medi-

medicamenti alicuius venerosi oblationem, coëundi potentia orbatis sunt. Signa vero, ex quibus vis coniugii per incantationem destructa cognosci, & per quae vterius a facultate, siue per naturam siue per hominis factum adempta, discerni possit, apud Paul Zachiam in *Quæstion. medico-legalibus*, Lib. 9. Tit. 3. Qu. 2. n. 26. & seqq. & *Cypreum*, *Tr. de Iure Connub.* loc. sup. alleg. sequentia occurunt. Primum est, si Veneris sedes bene in quodam subiecto constituta fuerit, at commisceri tamen corpus prorsus ex parte sui nequeat. Secundum, si quis coire quidem cum aliis possit, sed non cum vxore, in qua interim nihil naturalem congressum impedit. Nam tum maleficium a Daemone procreatum esse vel inde coniiciunt, quod ita spiritus ille impurus coniugi coniugem derelinquendi cumque aliis adulterandi occasionem offerat. Tertium, si quis e contrario redditus est impotens cum omnibus, præterquam cum una, puta cum Amasia aut meretricie. Etenim hoc casu impotentia ideo a diabolo excitata erit, quia per eam homo necessario in fornicatione persistere debet, nec amasiam aut meretricem deserere potest. Habentur vero etiam b. l. pro ligatis, qui odio, in fine §. anteced. 5. exposito, laborant.

§. VII. Pedem ergo nunc ad separationem proferimus. Isthaec vero, quin initio respectu coniugum à nobis quoad impotentiam descriptorum locum inueniat, ut pote propter quam matrimonium vel quoad ipsum vinculum pro nullo habetur, neminem, qui omnem matrimonii finem in eorum nuptiis cessare adutererit, anticipitem haesurum credimus. Itaque & inter coniuges nodatos atque incantatos non poterit non decerni separatio. Nam ponamus quoque, fine in nunc dictum triplicem nempe esse,

(1) sobolis procreationem, (2) mutuum adiutorium, & (3) libidinis extinctionem ; Certe cum plantae maleficiati congregantur, eos tam vitimus quam primus finis, si vel maximus illorum fuerit nisus, facile destituet. Sed nec intermedio potius aliquo istos spes alet. Etenim si cum Augustino *Lib. 9. de Gener. ad Lif.* non fatendum, mutuum adiutorium, quoad actum demum gignendi in matrimonio spectari, sane extra concubitum tamen & commixtione, consideratio eius vera esse non poterit, quoniam, nisi officia coniugum, debitum imprimis coniugale, & copulam carnis recipuerent, rectius eadem a duobus masculis, quam a personis diversis sexus, obtineri ac expediri possent. Nec enim tam mulieris, quam viri alterius mens, in negotiis expediendis, viri genio ac moribus congruit. conf. *Gerhard. L. de Coniug. §. 233. pag. 353.* Cui placito haud repugnat : quod tamen in coniugio Iosephi cum beata virginine Maria mutuum aliquod adiutorium absque concubitu statuendum sit ; Enimvero quod hoc in specie matrimonium attinet, multa in eo singularia se offerunt, adeo ut collectio hinc ad nuptias aliorum merito nutet. Sic enim & ipsa diuinae prolis generatio in coniugali hoc virgineoque simul foedere citra ullam corporum commixtione contigit ; at quis tamen proinde finem coniugii primum, nempe sobolis procreationem & in hominum aliorum coniugio, sine coitu esse vel fieri posse credat ? Contra quod incassum porro vferis : Imo, procreationem tamen, extra singulare illud connubium Iosephi cum Maria, hoc modo comparatam esse, ut necessario concubitum supponat, at hunc vero, per se & in genere ad adiutorium, illudque mutuum etiam non requiri. Nam prout ficalnea est consequentia : Obligatio per se, verbis non indiget, E. nec in

stipulatione, sic non minus & sequens vacillat: mutuum adiutorium in se ac generaliter acceptum carnalem copulam haud respicit, Ergo nec in coniugio.

§. VIII. Verum ut haec coniugii nullitas ac separatio, quam asseruimus, admittenda sit, impotentiam, ceu ex dictis quodammodo iam constat, totalem, i. e. eiusmodi, quae omnem, tam concubendi, quam generandi facultatem intercipiat, adesse oportet; Vnde si maleficiatus forte sobolis quidem procurandae, attamen non coeundi potentia priuatus sit, nondum coniugium hinc dissolendum erit, quoniam tunc ligato aliquem adhuc matrimonii finem obtinendi, copia datur. Sunt etiam, qui hic, vti cum coniuge natura impotente, sic non minus & cum tali, quem virtute coniugali, etiam quoad concubitum, vis magica exuit; si quidem pars vtraque maxime sana, impotentiae totalis ac perpetuae vitio non obstante, cohabitare nihilominus velit, coniugium per c. 4. X. de frigid. & malefic. concedunt. Ast quemadmodum matrimonium eiusmodi, quod cum inepto ad copulam, sponte atque data opera initum est, aliis non circa rationem displiceret, vid. Brunnens. in Iure Eccles. Lib. 2. c. 17. §. 2. Ziegler ad Lantell. Lib. 2. Tit. 16. §. 8. Cypraeus in Tr. de Iure Connub. c. 9. §. 13. n. 41. & 42. dum vtique pars potens de alio, in quem se recipiat, portu, non parum sollicita erit; ita id etiam vere tale, vel iuxta ipsum allegatum capitulum, non existit, quoniam, cum nulla causarum, ob quas nuptiae a Deo quondam institutae locum hic inueniat, impotens quoque per claram ipsius allegati capitulo dispositionem non ut vxor vel maritus, sed ut soror solummodo ac frater habetur. conf. c. 5. X. Eod. & Ziegler ad Lantell. l. c. §. 7.

§. IX. Debet II. impotentia per magiam procura-

ta perinde , ut naturalis alioqui , ob quam nuptiae irritae si-
 unt , incurabilis & perpetua esse ; Quare cum istaec natu-
 ralem curandi modum omnem , regulariter respuat . vid.
 Paul. Zacobias Lib. 3. Quaest. medico-legal. Tit. 1. Qu. 5. n. 56.
 non immerito (a) hic q. acerit : Vtrum ad ligamen tol-
 lendum , ad maleficum , salua conscientia recurrere ac con-
 fugere concessum sit ? Negatiuam quaestioneis partem (1)
 adstruit Ius Diuinum , Leuit. c. 19. v. 31. ibi : non declineris ad
 magos , neque ab Ariolis aliquid sciscitemini , ut polluamini per
 eos , & Deuter. 18. v. 10. verb. nec inueniatur in te , qui luſtrez fe-
 lium suum aut filiam , ducens per ignem , aut qui Ariolos sciscite-
 tur , & obſeruet ſomnia atque auguria . Cui adſtipulatur (β)
 ratio , per quam maleficia peccatis cumulare citra dubium
 interdictum eſt . Quare & (γ) remediis ecclesiasticis ,
 nempe precibus , hic vtendum eſt , communis opinio te-
 ner . Affirmativa ex aduerso in lute Ciuiili , per l. 4. C. de
 malef. & matrem . ſatis videatur fundata eſt , ſiquidem iuxta
 nunc dictam legem incantatio , quae ob bonum finem ,
 puta ob morbos curandos , vel ienepatates repellendas fu-
 ſcipitur , extra omnem criminacionem poſita eſt . Sed
 cum interea non omnis statim actio , quae bonum ſibi fi-
 nem praefixum habet , bona id propter audiat , ni & tem-
 plum eo fine expilantes , quo paupeſibus inde ſubueniatur ,
 actum exiſtemus bonum exercere , ſane allegatam l. 4. quae
 Conſtantino Imperator Christianorum primo orum de-
 bet , religioni eius parum congruere , longeque hinc magis
 Christianismo Imperatoriis L. tonis ſanctionem , quae eſt in
 Nov. 65. & magiam bono fine ſuceptam dimitat , confor-
 men eſt , quis ambigat ? Evidem ſunt , qui naevum hunc
 Imperatoris excusatum exinde volunt : quod tempore ,
 quo praedictam legem quartam tulit , ille Christi dogmate

nondum imbutus fuerit ; Sed enim uero, cum illius conuersio Maxentio deuicto in annum 312. vel 313. post Christum natum incidat. vid. *Antb. Matth. Tr. de Criminibus*, tit. *de Siccar. c. 5. in fin.* & *Mattbias in theatr. bish. pag. 664. & 667.* & vero lex memorata 4ta anno Christi 321. ceu ex inspectione & dato eius liquet, demum prouulgata sit, suspicione illa excusatio non potest non laborare, tametsi interim non ignoremus, baptismo illum serius, nimirum anno 337. iuxta Eusebium aliosque, tinctum esse. vid. *Anton. Matth. l. c.* nonnullosque istam legem non de incantamentis, sed de solennibus processionibus & lustrationibus agrorum, quae olim per *Nov. 123. c. 32.* cum litariis publice decantatis fiebant, accipere. vid. *Brunnem. in Comment. ad C. Tit. de mat. lef.* & *mathemat. d. l. 4.*

§. X. Auxilium ergo magorum per se ac simpliciter hic rogare dubio procul vetitum est. Sed numne tamen certo minimum modo illos adire permisum erit ? Islam vero circa quaestionem non una itidem omnibus mens sedet. Quidam enim non precibus, ast omnino tamen vi & verberibus opem a malefico extorqueri posse contendunt. Contra nonnulli remedium quae situm vitio carere censerent, vbi maleficus maleficium tollere paratus est. Tandem quibusdam licitum illud tunc visum, quando maleficium sine maleficio tolli potest, puta per destructionem signi, cuius intuitu pactum cum Daemone initum *De lr. l. 6. Disq. magic.* *Sect. 1. qu. 2. & 3. Brunnem. in I. Eccl. lib. 2. c. 17. §. 4.* Prima in his opinio sequenti nititur ratione : quia, qui magum cogit, inhonorat diabolum, estque expers omnis peccati. Altera : quia concessum est, ab usurario v. c. pecuniam sub usuris mordacibus mutuo accipere, & idololatrae adiurandum parato iusiurandum deferre, quamuis tamen

ut ille, prohibitum foenus accipiendo, ita & hic, iuramentum per falsos Deos praestando, graviter delinquit. Tertia: quia nudum signum destruendo, nullum, siue a mago, siue a parte illius, qui demolitionem istius signi a mago poscit, committitur peccatum. Nos igitur, ut ultimae sententiae placitum iam sequimur, sic secundo & primo loco expositam, eo ex capite, quod, utraque illarum non inuita, magiam fascinatus adhuc intendat, perque incantationem incantationi accendentem sibi consultum velit, merito reiicimus. Quae ratio opinionem ultimam (1) nec quicquam grauat, & (2) causas, quibus sententiae priores innituntur, iure destruit. Nam qui incantantem ad feren-dam opem, operam magiae non excludentem, vel minis grauibus ac verberibus adgit, is in factum illicitum hoc ipso utique simul consentit, atque sic non tam diabolo, quam DEO honorem detrahit, foederisque porro cum pessimo spiritu icti, dum maleficum ad id, quod is virtute pacti nunc memorati debet perficere, compellit, participem se facit. *Stryk. in Annot. ad Ius Eccles. Brunnum. Lib. 2. c. 17. §. 4.* Deinde cum tam usuris, quam iuramento per se nihil turpitudinis insit, & vero magiae delictum natura sua foedum existat, nec idololatra in specie, quoad conceptum mentis suae per alium, quam verum se DEum iurare putet, facilis omnino ex admissa incantatione, quam ex non debito rerum alioqui licitarum, puta usurarum vel iuramenti usu, redundare in consentientem labes potest.

§. XI. Interim hucusque tradita manifestant, impotentiam ex incantatione ex eo, quod omnem medendi modum naturalem eludat, minime perpetuum simul esse, quoniam (1) diuina remedia saepenumero isthac potentiores sunt, quia (2) per sublatum a venefico vel saga signum

maleficium non raro tollitur, imo quia, quod (3) adden-
dum, vel nodus ipse magicus non nisi ad certum tempus,
idque vnius tantum noctis, interdum fiat, quod inter alia
sententia, quae apud *Carpzonum in Decis. Saxonie. Dec. 186.*
inuenitur, satis comprobat, verb. Wenn er eine andere
freyhen würde / wolte sie ihm gleichfalls einen Possen
thun / machen anzo es auch geschehen / und sie das
Schloß nicht ihm zum Schaden / sondern nur deswe-
gen zugeschlossen / damit er die erste Nacht nicht bey
der Braut schlaffen könne. quamvis tamen vero e-
uentus non semper ac necessario respondeat, vt: cum is,
qui solus aliquod incantamentum conficeret, ac vim eius
solus quoque eneruare ouerat, moriatur, cuiusmodi
casus Menochius Lib. 2. de arbitr. Iud. Quaest. Cent. 6. cas. 319.
meminit, dum num. ibid. 30. nobilem quendam Papientem
proprio filio ac nurni maleficia, cencubitus in nimis adhuc
tenera eorum aetate impediendi causa, ideo fecisse refert,
quod eos perfectam aetatem adeptos ligatura iterum exi-
mere vellet; esse vero patrem vita ante id tempus, ceu ad-
dit, defunctum, vt adeo dissoluimaleficium nunquam po-
tuerit.

§. XII. Quare cum iuxta requisitum secundum, no-
dum magicum, ob quem matrimonium b. l. corruere de-
bet, oporteat continuum esse, vid. supra §. IX. & vero lig-
atura, siue perpetua, siue temporaria, nemini hic, praeter-
quam eandem necenti, perspecta esse possit, triennium
inde explorandae perpetuitatis huius ergo, regulariter con-
stitutum est, vid. Menoch. cas. alleg. n. 13. adeo, vt si vitium
impotentiae praedictum intra tempus per ecclesiasticæ me-
dicinac munia, iuxta c. fin. C. 33. Qu. 1. sanatum non fuerit,
coniuges, illo tanquam perpetuo & semper existente, se-
jungi

iungi possint, iure iurando adhaec credulitatis a septem
 propinquis vel vicinis bonae famae super copula carnis in
 coniugio deficiente praeslitio. vid. c. 5. X. de frigid. & malef.
 cons. Nov. 22. c. 6. vbi tamen id, quod de septima propin-
 quorum vel vicinorum adhibenda manu in cap. 5. disponi-
 tur, Brunniemannus in Iure Eccles. Lib. 2. c. 17. §. 3. non am-
 plius obseruari adnotauit. Caeterum triennium secun-
 dum adductus textus a die contracti matrimonii computa-
 tur, licet interea rectius id, si concubitus nuptias non sta-
 tim insecurus, sed ob causas certas, puta ob morbum &c.
 in incertum tempus dilatus fuerit, aut coniuges ante ple-
 nam pubertatem, velut anno 14. aut 12. coierint, tam priori
 casu a die copulae demum tentatae, quam posteriori post
 plenam non nisi pubertatem i. e. annum 18. putetur curre-
 re. vid. Stryck. in not. ad Ius Eccles. Brunnem. Lib. 2. c. 17. §. 3.
 & Menoch. cas. cit. n. 14. & 15.

§. XIII. Quando itaque sic, spe redditurae sanitatis
 intra triennium haud affulgente, matrimonium pro nullo
 declaratum iam fuerit; an id, si omnem forte praeter op-
 nionem vis maleficii postea cessit, redintegrandum erit?
 Neutquam siue unus coniugum nuptias cum alio nouas
 iam inierit, siue ambo adhuc separati sint, & ad vota secun-
 da neuter eorum transierit. Et prior quidem casus, cuius
 veritas nemini forte suspecta est, in all. c. ult. circa fin. C. 33.
 Qu. 1. expresse decisus inuenitur. Alterum vero hae ratio-
 nes extra controvferiam simul ponunt, quoniam (1) reno-
 uatio matrimonii, nisi verum aliquod coniugium anteces-
 serit, non intelligitur. Atqui, vbi propter impotentiam
 id corruit, nullum idem vel statim ab initio fuit, quae nul-
 litas porro, arg. pr. I. de exhaered. liber. merito & post im-
 pedimentum adhuc sublatum durat. (2) Quia super con-
 jugio

iugio tali sententia insuper accessit, ex qua adeo velut ex re
 iudicata separatis ius est quae situm, quo priuari iidem con-
 tra suam voluntatem nequeunt. Non obstat vulgare Ca-
 nonistarum dogma, iuxta quod alioqui in causa matrimoniali
 sententia contra coniugium lata in rem iudicatam
 nunquam transit. vid. *Andr. Vallens. Tit. de frigid. & malef.*
§. 6. Nam haud dubie id primum in veris ac validis nuptiis
 procedit, vimque deinde potissimum tunc exserit, vbi fal-
 sa impedimenti alicuius adeoque & impotentiae allegatio
 sententiae pro dirimendo coniugio ferendae causam dedit.
 Etenim si fraude i. e. per impotentiam simulatam separatio
 impetrata fuerit, aut si ex errore etiam, quamvis probabili,
 iudex desideratae separationi annuerit, licet vel nouum ab
 uno separatorum coniugium iam initum fuerit, ad priores
 tamen eidem nuptias nihilominus est redeundum. vid. c.
6. X. de frigid. & malef. nec non c. 7. *X. de sentent. & re indic.*
 Ais : imo, quia iudex impedimentum hic metuebat per-
 petuum, quod tamen temporarium tantum fuisse eventus
 postea docuit, sententia ex errore processit. Quare & por-
 ro vinculum coniugii ruptum merito, re adhuc integra, co-
 alescere debet, vid. *Brunnem. in Iur. Eccles. Lib. 2. c. 17. §. 5.*
 Verum resp. non posse tamen (1) hunc errorum alicui par-
 tium imputari, quia neutra illi occasionem praebuit. Ne-
 quit (2) coniugii vinculum dissolui, vel de novo contrahi,
 vbi id, ceu per antecedentia constat, nunquam de iure va-
 lidum & efficax fuit. Nam si illud hic supponas valuisse,
 nulla apparet ratio, quare non a parte illaesa, nouo quam-
 vis coniugio alii iam copulata, matrimonium prius reno-
 uari debeat. Quo accedit, quod per §. *Disp. VI.* impo-
 tentia magica aliquando respectiva sit, ac adeo non statim,
 qui

qui post separationem quoad alias potens factus, intuitu etiam eius, a qua est separatus, pro rati reputandus sit.

§. XIV. Tandem III. ut per magicum nodum fœdus connubiale dirimatur, oportet illum, quod & ad impotentiam naturalem alias, ubi ob illam matrimonium irritum fit, requiritur, nuptias plene consummatas antecessisse. Nam ineptitudo easdem cum insecura separationi amplius locum non facit. c. 25. C. 32. Qu. 7. c. 29. C. 27. Qu. 2. nisi forte virium subsequens propria maleficiati culpa ac voluntate, quem tamen casum inter rarissimos numeramus, contractum fuerit. Arg. c. 7. C. 32. Qu. 2. Etenim tum ille pro coniugis suae malitia lo desertore merito est habendus, personaeque alteri, quae dolo ac culpa omni vacat, matrimonium haud denegandum. Stryk. in annot. ad Ius Eccles. Brunnem. Lib. 2. c. 17. §. 2. Extra hunc casum vero coniugibus absque dubio iam incumbit, quamcunque fortunam aequo animo ferre, vid. l. 22. §. 7. ff. solut. matrim. quemadmodum pet. conf. Carpz. in Iurispr. Eccles. Lib. 2. Def. 202. num. 9. At ita vero non absque ratione forte dixeris: Ergo vel ipsum hoc requisitum tertium coniugio ob magiam dirimendo plane obstat, siquidem impotentia, ligaturis magicis quæsita, matrimonio regulariter posterior existit, cum utique constet, eam in ipso desponsationis actu ac die, quo coniugium ob consensum matrimonialem, iuxta l. 30. ff. de R. N. iam perfectum est, ut plurimum interuenire. De Gallia enim Arnisaeus refert: *Ego in toto Gallia adeo familiariter obseruan neci nodum, LIER LE NOED ipsi dicunt, ut plerumque sponsi, missis nocturnis, antequam luceat, copulentur, ne ab incantatoribus per lucem conspiciantur. Tr. de Iure Connub. c. 6. n. 19. p. m. 316.* quam ligaturam magicam & in Vasconia frequenter esse Corrasus testis est. conf. Del-

Rio Lib. 3. Disquisit. magic. Qu. 4. Sect. 8. Sed ut nunc non dicamus, quod coniuges ipso copulationis die ligentur, haud vniuersale esse, sane licet ex abundantia etiam concedatur, ligaturam nunquam prius, sed semper in ipso de-sponsationis aut nuptiarum actu demum fieri, non tamen inde adhuc, eam coniugium esse inseparabilem, dextre probatum erit, cum omnino & tum istaec ante copulam carnalem, adeoque prius, quam matrimonium concubitu consummatum est, interuenerit; quo sane tempore facta ad separationem coniugum aequae adhuc sufficit, ac si ante matrimonium nondum perfectum contigisset. Nam non praecise intuitu perfecti, sed & ratione coniugii consummati maleficium siue antecedens siue consequens aestimandum esse, *can. alleg. 29. c. 27. Qu. 2.* satis aperit, ibi : *ecce impossibilitas coeundi, SI POST CARNALEM COPVLAM inuenta fuerit in aliquo, non soluit coniugium, si vero ANTE CARNALEM COPVLAM deprehensa fuerit, liberum facit mulieri, alium virum accipere.*

§. XV. Non est ergo, quare porro hic obuertas : Imo, ubi impotentia caussa est matrimonii pro nullo habendi, intuitu ipsius statim initii & ratione perfectionis id inuidum esse debuit, quia non concubitus, per *all. L. 30. de R. I.* sed consensus nuptias facit. Etenim licet quidem negandam non sit, matrimonium, ad quod consensus accessit, eatenus aliquando firmum fuisse, negatur tamen penitus, idem & in effectu tale extitisse, utpote pro quali coniunctione valida ea indubitate demum habenda, quae aliquem coniugii finem plane, vel aliquo modo iam obtinuit, aut illum consequi minimum non impeditur. Vnde quin hinc, aliquo ad concubendum post nuptias consensu perfectas, at ante copulam tamen coniugalem naturaliter inhabili-facto,

cto, nuptiae similiter pro nullis adhuc declarari possint, per
c. ante alleg. 29. c. 27. Qu. 2. ambigi nequit.

§. XVI. Tantum dispiciendum hic erit, quid iustum
vterius sit, quando plane incertum est, num impotentia
magica ante an vero post coniugium consummatum acci-
derit? Debere autem coniuges tum non separari, sed sibi
inuicem cohabitare, ac in coniugio permanere, nonnulli
exinde statuunt, quod in dubio non contra coniugium, sed
potius pro illo iudicandum sit. Verum cum in dubio be-
nigniora semper praeferenda sint, l. 56. & l. 192. §. 1. ff. de R.
I. & vero parum fauoris coniugem potentem manereret, si
absque omni culpa sua, alterius ad matrimonium inepti
coniugis vinculo ac consortio perpetuo innexus viueret:
merito ac rectius contrarium aliis arridet, maxime, cum in
dubio hoc casu, vbi de insanabili vitio alias constat, & be-
num prolis, & fornicationis evitatio, & mutuum adiutori-
um deficiat, sive eadem non minus causa, quae alioqui,
vbi maleficium nuptias praecessisse certum est, se offert,
pro disiunctione coniugum militet, vid. Menoch. cas. supra
alleg. 519. n. 32.

§. XVII. Sed annon vero ob haec incommoda ma-
leficum, de quo, quin coniugium carnali copula consum-
matum demum exeperit, non ambigitur, cum printis, si
id commixtionem primo statim tempore insecutum fuerit,
& pars potens concubitusque cupidine flagrans, ni disiun-
geretur, ad ultimura usque vitae spiritum vstitutionibus illici-
tis exposita foret, nuptias similiter inualidas reddet? Pla-
citum communetalem ei vim denegat, quoniam (1) DEus
nemini, cum, eo sic disponente, matrimonium ante in-
itum fuerit, supra vires suas tentaturus est. vid. Carpz. in
Iurispr. Eccles. Lib. 2. Def. 202. in fin. de quo eo minus dubi-

tandum, si coniux sanus ac mali expers optimum illud extinguenda libidinis remedium, ac tritum dictum: *Ora & Labora*, iuxta sobriam, quae quemque Christianum decet, vitam, actionum suarum regulam constituerit. (2) Quia metus vstitutionis ad mortem vsque coniugem potentem vexaturae est incertus, cum maleficiatus ante illum in fata non minus concedere, &, si ligatura temporalis fuerit, viuens saepe illa adhuc eximi possit. Quamuis interea tamen secundum aliquos, sicuti carnis stimuli tam effrenes fuerint, ut nullis superari ac retundi mediis extra matrimonium licitis queant, Principi etiam integrum si: , coniugi potenti, incontinentia victo, dispensatione tandem sua succurrere, nouumque, priori sciuncto, thori socium eidem indulgeret. vid. *Coccei. in not. ad Paul. Zach.* *Quæst. medico - legal.* Lib. 9. Tit. 3. Qu. 2. n. 2. Neque desunt, qui hoc casu polygamiam etiam, separatione non concessa, principem permettere posse adstruunt, quoniam illa (1) iure tantum humano interdicta sit, & (2) alicui, vel coniuge ad concubatum apta existente, in primis si illa non refragetur, in remedium refrenandæ libidinis insolitæ concedi queat. *Hopp. in Comment. ad Instit. Tit. de Nupt. §. 6. & 7.* quam sententiam in medio relinquimus.

§. XVIII. Sequitur iam separatio ex capite odii. Ut vtinterim & quoad hoc ligamen precibus ab initio haud dubie vtendum, ita tamen, si spes omnis reddituri amoris deficiat, & odium praeterea immodicum ac hoc modo comparatum sit, ut iuxta fin. §. 5. *Diss.* unus alterum e medio sublatum velit, separari coniuges non minus totaliter & quoad vinculum poterunt. Nec obstat, quod odium & facuitia dissolutionem coniugii talem non operetur, sed tantum separationem quoad thorum & mensam. Etenim hoc

hoc de odio naturaliter contingente accipi debet, ob quod separatio temporalis sit eo fine : ut animi coniugum reconcilientur, *Carpz. Iurisp. Eccles. Lib. 2. tit. 12. def. 110. n. 12.* sed odium magicum regulariter est incurabile. *Vid. Paul. Zachias Quaest. medico-legal. Lib. 3. tit. 1. qu. 5. n. 56.* cui accedit, quod & saevitia naturaliter talis, si fuerit cum periculo vitae coniuncta & incorrigibilis, ex veriori sententia matrimonium etiam quoad vinculum tollat. Nam si malitiosa desertio, in qua coniugis desertae vita per consequens solum & indirectum periclitatur, imo adulterium, per quod adulterans saepe intentionis eius non est, ut matrimonium totum dissoluere velit, sed ut libidini tantum suae indulget, vinculum coniugii nihilominus plane dirimit, cur non odium cum periculo vitae coniunctum, quod mortem directe infert, & cuius finis non aliis est, quam ut per mortem coniugale vinculum necessario rumpatur causa matrimonii totaliter & quoad vinculum dissoluendi existat ? *Vid. Stryk. in Vf. Mod. n. Tit. de Diuort.*

& Repud. S. 27. & 36.

COROLLARIA.

I.

Ex Iure Naturae.

1. Naturae coniugii congruit bonorum communio. Contra dotes legibus humanis pactisque acceptae ferendae.
2. Valida sunt Principum matrimonia per procuratores consummata.
3. Coniugium ad morganaticam verum matrimonium est.
4. Principibus licet sine hierologia consummare matrimonia.

g. Bynkershoekius , cum mare magnum siue Oceanum ad neminem pertinere adstruit , qui a retineri non posset , ab iis , qui illum dominio exemptum aiunt , quoniam nequeat occupari , verbis tantum dissidet .

II.

Ex Iure Ciuitali Romano .

1. Cum in prouincia quinque liberi a tutela liberent suscipienda ; sed Germania in primis trans - Rhenana Romanorum imperio paruerit nunquam : non videatur maiorum nostrorum nomini conciliari amplitudo , quod numerum liberorum quinarium a Romanis illo casu in excusatione tutelae constitutum adoptauimus .
2. Quod in §. 3. Inst. de Leg. Falcid. de pretiis seruorum manumissorum in ponenda quartae Falcidiae ratione deducendis cautum est , inepte ad pretia equorum accommodatur , qui ad cohonestandas personarum illustrium exsequias duci solent , was auf das Freuden- und Trauer- Pferd verivendet worden .
3. Actio , quae fideiussori aduersus creditorem ex leg. si contendat 28. ff. de fideiussori , datur , monstrum est in cerebro Practicorum natum .
4. Lex 6. ff. quae in fraud. cred. fact. vt rest. quatenus repudiare permittit hereditatem in creditorum fraudem , iniquissima & indigna est , quae in Christiana republi- carecipiatur .
5. Aequo vxori ob iniuriam marito illatam actio iniuriarum danda , ac marito propter iniuriam , quam passa est vxor . Idque contra legem 1. ff. de iniuriis & fam. libell . Ratio enim ICti Pauli : aequum esse , vt uxores & viris , non viros ab uxoribus defendantur ; debilis admodum est atquead mores Roman. composita .

III. Ex

Ex Iure Criminali.

1. Confinatio, die Verstricfung / quae est, cum in casu furti iterati secundi eiusque parui sur praestita vrphe- da numellis publicis expositus territorio, in quo deli- quit, excedere prohibetur, poenarum fini magis re- spondet, quam, quae loco illius decerni solet, rele- gatio.
2. Articulus Ordin. Crim. Carol. V. 109. hactenus ab vsu recessit forensi quatenus per magiam Imperator intel- ligi voluit crimen, quo multa fidei absonta hominibus & diabolo attribuit vulgus, v. c. quod illi pacta ineant cum spiritu immundo, cumque eo concubant, choreas instituant in monte Bructerorum, auf dem Brocks-Berge / alios homines in lupos felesque transmutent ope entis maligni, variaque edant mira- cula, quae solus producere naturae conditor & con- seruator potest.
3. Satira longe distata libello famoso, & qui vocatur, pas- quillo. Illa neminem laedit, neque crimen est, sed licita vitiorum vituperatio sale adspersa. His inue- hitur in aliós iniuriis & scurrili lusu, praesertim si ex- primat bouinato nomen eius, cuius famam fauciare animo destinauit.
4. Raptus crimen pro circumstantiis variam induit faciem.
5. Poena capitalis Leuit. XX, v. 10. in adulteros statuta non est legis diuinae vniuersalis, sed particularis forensis.

Ex Iure Canonico & Ecclesiastico.

1. Oeconomisi seu administratores bonorum parochialium ante

ante Concilium Chalcedonense & Hispanense non
clericis solum sed & laici fuerunt. Postea haec cura
solidis commissa clericis, teste Gratiano in c. 22. C. 16.
q. 7. vbi ratio adfertur plane rustica: *Indecorum est,*
laicum vicarium esse episcopi, & seculares in ecclesia iude-
care. In uno enim eodemque officio non debet dispar esse
professio, quod etiam in lege divina prohibetur dicente
Moysè: non arabis in bove simul & asino b. e. homines di-
versae professionis in officio pno non sociabis.

2. In Ecclesia Protestanturn cura honorum parochialium
suprema spectat ad Principem, eorumque admini-
stratio etiam laicis conceditur, qui vocantur Kir-
chen-Vorsteher / Kirchen-Vater / Kirchen-Ge-
schworne / seu, ut Hamburgi, Kirchen-Iuraten.
3. Iure Canonico duos testes cum parocho rustico testa-
mento adfuisse sufficit, cum secundum cap. 10. X. de
testam. in ore duorum vel trium testium omne sit verum,
Perinde ac si eo prohibuisset Deus adhiberi plures.
4. Iure Canonico exhibitu corporis non ex numero anno-
rum aestimatur pubertas: ex quod est, quod femina
ante annum duodecimum viripotens habeatur recte-
que matrimonium contrahat, quoniam cum malitia
supplet aetatem, c. pubertas 3. & c. de illis. 9. X. de de-
spons. impub. Inelegans & acerba ratio.
5. Pontifex prohibet matrimonium etiam in quarto gradu
lineae collateralis aequalis, quoniam inueniantur qua-
tuor humores in corpore humano, qui constent ex quatuor
elementis, c. non debet s. X. de consang. & affin. Vecor-
diter.

Ex Iure Publico Germanico.

1. Superioritatem territorialem Electoribus, Principibus & Statibus Germaniae tot pacificationibus, tot conventionibus tot iuris iurandi sacramentis quae sitam & confirmatam absit dicere *factum nonumusque in ore* *bem protrusum.*
2. Aeuis Merouingorum, Carolingorum, Saxoniorum & sequentium Imperatorum usque ad interregnū magnum incognitus est Ordo Equestris Immediatus Franconicus, Suevicus & Rhenanus.
3. Tantum abest, ut illis aeuis Ordines, quos laudavi, Equestres, fuerint Status.
4. Ciuitates Imperii Liberae sunt Status.
5. Ordo Equestris immediatus Franconicus, Suevicus & Rhenanus non sunt Status.

SOLI DEO GLORIA.



* (26) *

ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA CHRISTIAN - ALBERTINA
b.r. DECANVS

**IOANNES ZACHARIAS
HARTMANNVS, D.**

INSTITUTIONVM IUSTINIANEARVM ET IURIS
PATRII PROFESSOR ORDINARIUS,
DISPUTATIONEM IN AVGVRALEM
VIRI CLARISSIMI

IOANNIS HELVIGII ZIELINSKI,
ADVOCATI HAMBVRGENSIS,

DE

CONIVGIBVS INCANTATIS
EORVMQVE SEPARATIONE
PRO GRADV DOCTORALI ET SVMMIS IN VTRQVE
IVRE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
CONSEQUENDIS

DIE DECEMBRIS ANNO M DCC. XXVII
IN AUDITORIO MAIORI
CONSVENTIS ANTE ET POST MERIDIEM HORIS
SOLENNITER HABENDAM

PRAEVIA DECENTI INVITATIONE INDICIT.



Aleantne aliquid, quae circumferuntur, incantamenta & veneficia, quaestio[n]is incertae est atque in utramque partem agitatae. Alii ea superstitioni vanissimae adscribunt fabulasque dicunt, quibus nihil sic fabulosius. Contra alii illos ipsos vanos

vanos appellant, quisi vires, & efficiens incantationum magi-
 garum stupendos tam praefacie negaverunt, vel negare
 audent etiam nunc. Non ergo, quod miremur, quare
 & matrimonii huc raro aliquid fascini admixtum & ad-
 spersum omnis fere aetas crediderit. Et profecto, si sacra
 est memoria maiorum nostrorum, si ullum apud nos piac
 antiquitatis pretium, matrimonia incantata veluti certa ad-
 firmare sanctius & reverentius est, quam nondum satis ex-
 plorate cognita atque percepta perhibere. Nam etsi disso-
 nac hodie audiantur voces, etsi vnde superstitio petatur,
 iuuare tamen fortasse potest deploratam cauillam exemplo-
 rum, quibus referri sunt annales, etiam illustrium, copia.
 Possem, si operae pretium foret, cumulum illorum strue-
 re. Verum sit nobis pro viuero populo unus Imperator
 Fridericus V. qui cum Eleonoram in matrimonium duce-
 ret, incantationum potentiam ligationesque magicas veter-
 larum quarundam Lusitanicarum teste locupletissimo Ae-
 nea Sylvio mirum in modum pertinuit. Non pigebit in-
 tègram narrationem Aeneae, quae extat in vita Friderici,
 quia festiva & lepida est, hic recitari: *Exinde, inquit, festi-*
nabat Imperator abire, Leonoram autem sponsam suam non-
dum cognoverat, quod id operis in Alemanniam referre vole-
bat; siue ne sanguis Italicus sibi inasceretur, siue aliud religionis
in mente gerens. Virgo moesta videbatur, quae se circumduci
velut parum placentem existimabat. Quod cum Alfonsum a-
 nimaduertisset, adiens Caesarem, in ea urbe atque in his aedi-
 bus, ubi tunc fuere, contra clum fuisse matrimonium indicit,
 ibique merito consummandum: *a Deo datum esse, in eundem*
locum ut ambo venissent, orat ergo, ut virginis misceatur. Quod
 cum Fridericus negaret, ergo, invicit Alfonsum, neptem meam
 in Alemanniam dices, atque illine cognitam, simius placuerit,

aduos remittes, aut ea fortasse neglecia cum alia contrahes ?
 quin potius eam hic cognosces, ut si placeat, abducas rem gra-
 tam tecum, si minus, apud nos onus dimittas. Quibus ver-
 bis, et si erat Caesar paullo debilior, commotus est, atque ope-
 ram matrimonio dare statuit. Iussit igitur Teutonicum more sta-
 tum adparari, iacentique sibi Leonoram in vlnas complexusque
 dari, ac praesente Rege cunctisque Proceribus adstantibus super-
 duci culcitram. Neque aliud actum est, nisi datum osculum.
 Erant autem ambo vestiti, moxq; inde surrexerunt. Sicque con-
 suetudo Teutonicorum se habet, cum Principes primo iunguntur.
 Mulieres Hispanae, quae aderant, arbitratae rem serio geri,
 cum superduci culcitram viderunt, exclamantes indignum si-
 eris facimus, Regem, qui talia permitteret, increpabant. Ille
 autem non sine risu & incunditate spectabat peregrinos mores.
 Nocte, quae instabat, futurus erat concubitus ex nudis. Dum
 ergo saltationibus uniuersa curia intenta est, feminae Por-
 tugallenses, quibus cubiculi secretioris commissa cura erat, sumi-
 gationes super stratum faciunt, in quo iacendum est ; carmina
 dicunt, & accessito sacerdote lectum benedicunt, irrorantque
 sanctis aquis : vt est supersticio mulierum, quae sic felix connu-
 bium & amorem utrinque perpetuum arbitrantur futurum.
 Quod ubi Caesar accepit, veretur, ne quid veneficii interueni-
 ret, alium sibi substerni lectum iussit, vocarique ad se coniugem.
 Timebat enim nutricem Imperatricis, quam rerum buiusmodi
 peritam aiunt, quibus fascinantes hominum solent, simi-
 lemque illi putant, de qua nobis Poëta scribit :

Haec se carminibus promittit soluere mentes,
 Quas velit ; ast aliis duras immittere curas,
 Sistere aquam fluiis & vertere sidera retro,
 Nocturnosque ciet manes, & mugire videbis
 Sub pedibus terram & descendere montibus ornos.

Quibus

Quibus rebus et si plerique fidem habendam negent, Placuitamen cum diu pugnasset, his artibus nihil inesse ponderis, mutatus tandem, iamiam, inquit, efficaci do manus scientiae simplex. Et sunt qui Circem non fabulose vertisse in feras hominum vultus adserment. Nos illud in primis trahit, quod de Phitonissa sacri libri commemorant: quam Samuelis animam de inferni abditis euocasse tradunt ut virorum conspectibus reddetur. Si tamen animam Prophetae fuisse credimus & non phantasticam potius illusionem Satanae. Ut cunque consultissimum censeo, cum facultas est, magicarum artium euitare fallacias, consiliumque Caesaris in ea re non vanum dico fuisse. Verum Imperatrix huiusque vocata in suo lecto manere, morem seruandum dicere: viros in stratum uxoris ire solitos, non contrari fieri solere. Caesar veluti vietus ad eam pergit rogatque, secum in alium thalamum proficiscatur: recusantem manus prendit, vincitque facile nolentem vincere, atque eo pacto vitatis incantationibus in alio lecto matrimonium consummatum est. Haec Aeneas Sylvius, postea Papa Pius II. Scimus quoque, Pontificem Innocentium VIII. a. 1484. fascinationibus & ligationibus matrimoniorum peculiari Bulla occurrisse: Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad futuram rei memoriam &c. Sane nuper ad nostrum, non sine ingenti molestia, peruenit auditum, quod in nonnullis partibus Alemanniae superioris, nec non in Moguntia. Colon. Treueron. Saltzburg. & Bremen. prouinciis, ciuitatibus, terris, locis & dioecesisibus complures utriusque sexus personae, a fide catholica deviantes, cum daemonibus, incubis & succubis abuti, ac suis incantationibus, carminibus & coniunctionibus aliisque nefandis superstitionibus & sortilegiis, excessibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium foetus, terrae fruges, vinearum uinas, & arborum fructus, nec non homines, mulieres, pecora, pecudes

& alia diversorum generum animalia, vineas quoque, pomaria,
 prata, pascua, blada, frumenta, & alia terrae legumina
 perire, suffocari & extingui facere & procurare, ipsosque ho-
 mines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes & animalia diris
 tam intrinsecis quam extrinsecis doloribus & tormentis afficere
 & exercicare, AC EOSDEM HOMINES, NE GIGNE-
 RE, ET MULIERES, NE CONCIPERE, VIROS QVE
 Vxoribus, ET MULIERES, NE VIRIS ACTVS
 CONIVGALES REDDERE VALEANT, IMPEDIRE &c.
 Nolim reliquam producere ante oculos antiquitatem, tot
 illustres animas, tot tantaque nomina, permagni vires liga-
 tionum magicarum, sancto quoque matrimonio inimica-
 rum, facientia. Tantum curiositas, quae non semper in vito
 est, & cupiditas sciendi effectus ligationum illarum magica-
 rum parentos, modumque, quo perficiuntur, fortassis
 nos subit & angit? Et videtur, si quis alius, Cornelius A-
 grippa hæc non mirabilia, sed prodigiis similia, edocere satis
 nos posse, ipse forte adflatus & adustus arcanorum istorum
 flammulis: Restat, inquit lib. i. de occult. philosoph. cap.
 ii. de ligationib. nunc videremus magiae mirabilitatis, & ipsa
 est ligatio hominum in amorem vel odium, in aegritudines &
 sanitates, & eiusmodi. Item ligatio furum & latronum, ut
 in aliquo loco furavi non possint: ligatio mercatorum, ut in a-
 liquo loco emere vel vendere nequeant: ligatio exercitus, ut
 metam aliquam transire non possit: ligatio navium, ut nulla
 vi ventorum etiam infinitis velis per ventum tensis portum egre-
 di minime valeant: item ligatio molendini, ut nullo impetu vo-
 luti possit: ligatio agri, ut fruges in eo produci nequeant: li-
 gatio loci alienius, ut in eo coaedificari nihil possit: ligatio ignis,
 ut in aliquo loco accendi non possit, & quod aliquid combustibile
 adposito fortissimo igne non ardeat: item ligatio fulgurum &
 tempe-

tempestatum, ut nocere non possint: ligatio animalium & ferarum,
ut volare vel fugere nequeant: & horum similia vix credibilia,
quaetamen saepius experientia cognita sunt. Modi ligatio-
num varii ab eodem Agrippa loco dicto perulgati sunt:
Fiant autem, inquit, ligationes huiusmodi per *veneficia*, per
collyria, *unguenta*, *potiones*, sive *piltra*, per *alligationes* &
suspensiones, per *annulos*, per *fascinationes*, per *fortes imagi-
nationes* & *animi excessus*, per *imagines* & *characteres*, per
incantationes, & *imprecations*, per *lumina*, per *sonos*, per
 numeros, per *verba* & *nomina*, *invocationes*, *sacrificia*, *adulta-
rationes*, *exorcismata*, *consecrationes*, *denotiones*, per que va-
rias *superstitiones* & *obscuruationes*, horumque similia. Sic
legere memini ligari serpentem, ut nequeat loco cedere,
quando hunc sibilum quis edat: *Osiū, Osiā, Osiū*. Sic ver-
ba: *Socnon Socnon*, eius esse aiunt efficaciae, ut fluxus san-
guinis oppido sistatur, si effrantur vices septies, parsque
laesa digito annulari tangatur. Idem esse perhibent, si haec
mussentur: *Charat, Cara, Saritē* *confirmā, consona, im-
bolite*. Sed & heliotropum collectum sole in Leone exi-
stente folioque lauri inuolutum cum dente lupi, itemque
cynoglossum gestatum sub digito pedis maximo homines
ira accensos & canes ligare adh̄fīmant, ut illi nocere & ma-
ledicere, hi mordere & latrare nequeant. Non est, quare
quis inhorrēscat, quod ego haecce in chartam coniciam.
Neminem clam esse potest, plura & magis horrenda in-
ueniri apud Albertum Magnum, Traillianum, Ferneli-
um, Goclenium & sexcentos alios, qui omnem vitam in
artibus his sublimibus, atque altissimis egerunt. Postquam
nobis aeris ingeniumque adoleuit, periculum non est, ut
tam debile virus noxiū nostris possit esse animabus.
Deinde ita quidem ista ab illis referuntur: iisque fidem ha-
be-

beamus, quoad fas est. Sed in his videtur disceptationis caput esse, ut excutiatur: an sine contactu mutationes incorporibus producere valeant mortales? an spiritus mali corpora, prout eorum libido est, mouere ac transmutare atque si imagines formare possint? quam rem Antonius van Dalen comm. de miraculis, item de idololatria & superstitione sub examen vocavit: porro an in verbis obscurissimis, in numeris, in characteribus, circulorum linearumque ductibus, in sono & aliis id genus obseruationibus ea consistat virtus, ut ligationum magicarum monstrosos effectus habere possimus persuasos? Fateor in hoc scientiae genere nullas me noctes insomnes traduxisse, imo ne cuiuslibet quidem aut diligentis hominis titulum affectasse unquam. Quare ut ego equidem in caussam hanc controversam me demittam, animum nondum induxi neque inducturus facile sum. Illud indicare hic liceat, me cum permultis mente adsequi haud valere, qui possint mortales lege rerum omnium peruersa inconsuetoque naturae auctore & conseruatore artibus suis magicis aut diaboli operae efficere, ut stent aquae, turres fluant, domicilia salitent, legiones spiritu diffentur, aegri deambulent, sepulti & vertimibus consumti choreas ducant, senes studeant pilae, iuvenes algeant, eunuchi generent, gignant aniculae, contra ad pariendum aptissimae sterilescant. O quam

Omnia transformant se in miracula rerum!

Atque hi sunt illi, qui incantamenta quaevis, & magiae potentiam, & ligationum vires, & portenta sagarum, & monstra diaboli iocum risumque faciunt. Quoniam rem ipsam persequi nunc non vacat, minimum referre nostra quis crederet, ut illos, qui magiae & veneficiorum incantationumque fidem omnem attenuatum iuerunt, breuiter percen-

percenserem. Sed nec id consili hoc loco in pectore mihi esse potuit : quis enim omnibus eruditorum, qui sagarum & magiae anties fabulas perstrinxerunt, ordines vna vel duabus pagellis perambulabit ?

Nec tali auxilio , nec defensoribus istis

Tempus eget nostrum.

Interim praecipuae in ea caussa partes fuerunt ex Iurisconsultis Illustris THOMASII de criminis magiae atque de origine & progressu processus inquisitorii contra sagas ; ex Theologis magni SPENERI in den Theol. Bedencken / & FRANCI-SCI HVTCHINSONII Theologie Doctoris in Tractatu idiomate Anglico conscripto , cui titulus : *An historical essay concerning witchcraft.* Detrahere videar debitas huic Hutchinsonio laudes , si reticcam , quae de eo leguntur dans la Bibliotheque Angloise ou Histoire Litteraire de la Grande Bretagne l'an 1718. tom. 3. partie 1. art. 3. p. 78. *Les erreurs les plus pernicieuses ? introduisent aisement parmi les hommes.* Nous n'en rapporterons ici que deux exemples tres-capables de déromper ceux , qui ne sauroient concevoir , que certaines erreurs , quelque grossieres qu' elles soient , ayent pu se glisser dans la religion Chrétienne. On a cru pendant plusieurs siecles , que les personnes , qu'on appelle heretiques , meritoient la mort , & on les a fait brûler d'une maniere impitoyable. On a cru pendant plusieurs siecles , qu'il y avoit des sorciers , qui faisoient des pactes avec le Demon , & on les a condamnez à expirer au milieu des flammes. Mais aujourd'hui tous les Protestans sans exception & tous les Catholiques Romains éclairez des approuvent le supplice des heretiques. Pour ce qui est du sortilège , on le regarde à present comme une erreur vulgaire dans les païs mêmes , où on n'a point aboli les loix contre les sorciers. On ne fait plus mourir en Angleterre les personnes accusées

accusés de ce crime ; & les Cours Souveraines de France ne connoissent plus de ces sortes de causes. Il est donc vrai, que l'on a ôté la vie sans raison à une infinité de herétiques & de prétendus sorciers. Après cela, doit-on être surpris que des erreurs moins prenables à la société continuent de régner parmi les Chrétiens ? L'Auteur du Livre, dont nous allons rendre compte, s'est proposé de faire voir, qu'il n'y a point de véritables sorciers. Il a dédié son ouvrage à Milord Parker, Chef de Justice des Plaidoyers Communs, & à Mr. le Chevalier Bury, Principal Baron de l'Echiquier. On ne doit pas s'imaginer que ce livre soit inutile. Voici un fait assez récent, que je communiquerai à mes Lecteurs, & qui les convaincra, que Mr. Hutchinson n'a pas entrepris inutilement de combattre l'erreur vulgaire touchant les sorciers. L'an 1712, une vieille femme, nommée Jeanne Wenham, fut accusée d'être sorcière. On lui fit son procès à Hertford (qui est la Capitale de la Province du même nom) & les Jurez la trouvèrent coupable. Le Juge étonné de cette déclaration, leur dit : Quoi ? Messieurs, vous trouvez cette femme coupable d'avoir eu un commerce familier avec le Diable sous la forme d'un chat ? Oui, Milord, répondit le Chef des Jurez (en Anglois The Foreman of the Jury) c'est à dire, celui qui porte la parole au nom de tous les autres. Le Juge fut obligé de condamner cette femme à être pendue ; mais il obtint la grâce de la Reine Anne. --- Ce livre est un dialogue entre un Ecclesiastique, un Avocat & un Juré. Sed ne excidat e memoria prudentissimi Iesuitae Patris SPEE Cautio Criminialis, quo in libro acutum caput iam anno 1632. sorilegiis, quibus imperita plebi illo aeuo illudebatur, egregie rursus illusisse dicitur. Omnibus hisce doctissimi Angli IOANNIS WEBSTERI liber : *Displaye of supposed witchcraft* ; iungendus est. Qui acerrimi scriptor iudicij laudem

Iaudem Hutchinsonii non adaequasse solum verum exsuperauisse etiam videtur. Fac vero dari incantata matrimonia & ligationibus magicis illa obnoxia esse: annon rursus medicamen dabitur ad soluendum fascinum? Consultam ea de re aliquando fuisse Facultatem Medicam N. ab amicis accepi, & respondisse eandem: Sie wolten zwar glauben / daß wieder das Nestelknüppfen Kräuter gefunden würden / es wären ihnen aber dieselbe unbekant. Egregium & prudentissimum Responsum! cui si quis adquiescere dubitet, is mea quidem sententia nec iuuabitur anus apud Petronium opera, quae Polieno neruis ad Venerem destituto fuit salutaris, ut ipse ille de se testatum reliquit: Illa de finu licium protulit variis coloris, filis intortum, cervicemque vinxit meam. Mox turbatum suto puluerem medio sustulit digito, frontemque repugnantis signauit. Hoc per acto carmine ter me iussit expiere. --

Mensis agitur tertius, cum Vir Nobilissimus IOANNES HELVIGIVS ZIELINSKI mihi mitteret Dissertationem de coniugibus incantatis eorumque separatione, me Decano, si Amplissimo Ordini Iurisconsultorum ita visum fuerit, publice contra Dissidentes tuendam. Exposui, ut par est, illius desiderium in Facultatis confessu, Dissertationemque, in qua nihil immutaueram, nihil interposueram, aut inter polaueram, produxi. Probari quoque illum inclyto Ordini Iuridico intellexi. Hac itaque ita ferente occasione libuit non tam meam de incantationibus & ligationibus matrimonii sententiam dicere, quam effectus illarum negantium rationes levissime indicare. Evidem videar saltrem, magiam omnem & incantamenta rem nostro aeuo pene occisam habere. Verum quemadmodum anemine, dum spiritum traham, postulabo, ut ad mea se-

praecepta velut ad leges alliget, ita eandem sentiendi libertatem mihi vicissim ab aliis largiendam esse iudico. Quare ex instituto maiorum laudabili restat, ut nobilissimi Candidati IOANNIS HELVIGII ZIELINSKI ortum vitaeque & studiorum rationem cognoscamus. Ut exordiar inde, unde oportet, Hamburgum, decus Germaniae, natales illius sibi vindicat. Etsi quoquis loco ingenia nascantur praeclera, non immerito tamen inter bona fortunae numeratur, in officina aliqua omnis politioris litteraturae in lucem edi. Genitus est die quarto Februarii anno septingentesimo supra millesimum Patre IOANNE IACOBO ZIELINSKI, Viro Praenobilissimo & Consultissimo, primum caussarum forensium apud Hamburgenses usque ad annum sextum & decimum supra millesimum septingentesimum oratore disertissimo & celeberrimo, postea Regiae Maestatis Daniae & Noruagiae Consiliario Cancellariae. Hic puerum non tantum publicis Lyceorum, quae Hamburgi florent, praeceptoribus, verum domesticae quoque Ahasueri Burmesteri Notarii Caesarei Publici institutioni tradidit. Perceptis litterarum rudimentis studiorumque humanitatis cognitione non leuiter tinctus noster coepit etiam iuuenis admodum ex ductu optimi Parentis ad negotia forensia applicare animum. Verum deinceps ex eodem genitoris prudentissimi consilio ad Academiam Regionemontanam, ut per grauiores iuris disciplinas omnes mentem circumferret, ablegatus est. Auulsi a patria solum illius dulce & carum saepius cogitamus: Igitur cum ipsa Prussia orta sit gens Zielinskiorum, ne miremur, quod Prussicam adire Academiam iussos fuerit. Zielinskios enim claritudine & nobilitate generis praezellentes surrexisse in Polonia: & quosdam illorum religionis causa in
 Prus-

Prussiam concessisse, hosque, ut a Polonicis Zielinskii sese
distinguenterent, litteram a' praeposuisse nomini, proditum
memoriae est. Vid. Simon Okolski in Orbe Polono.
Hartknoch. in Chronico Prussico p. 356. & 451. alliique. Ac
nuper etiam litterae a Comite PACIO, quem Comitia re-
gni Poloniae anno MDCCII. dissoluta celebauerunt, ad
quendam vinculo propinquitatis Candidato nostro con-
iunctum exaratae nobilitatem antiquae huius gentis adhuc
in Polonia peruigentem clare testantur. Ab re non factu-
rum me esse arbitror, si luculentum istud testimonium hue
transcribam :

*CASIMIRVS MICHAEL Comes in Dovvus-
puda & Rozanka Pac, Eques Meliten sis, Mareschalcus
Curiae M. D. Lit. Commendator Pornanien & Szwola-
wicen, Capitanus Pincen, Szirwintensis &c.*

Notum testatumque praefenti attestacione mea facio
vniuersis eandem lecturis, & caeteris, quibus scire conue-
nit. Quod multum Illustris Familia Zielinski appellata
semper floruerit nobilitate in Poloniae Regno, fueritque
praerogatiuis celeberrima, quando & ad praesens adhuc
tot tantaque specimina extant, quae egregia huius Familia
facta supremarumque dignitatum decora, quibus erat sem-
per & nunc est ornata, singulorum oculis dilucide offerunt.
In maiorem huius rei fidem propria manu me subscripti,
sigillumque meum adponi curau. Datum in haeredita-
tis bonis meis Dovvspudienibus d. 30. Martii anno 1715.

*CASIMIRVS MICHAEL Comes Pac,
Eques Meliten sis, M. D. L. Curiae Mareschalcus &c.
(L. S.)*

Noster itaque, dum in celeberrima Regiomontana
E 3 com-

commoratus est, summis Antecessoribus, IOANNI STEL-
NIO itemque BECKENSTEINIO, cui in Augustissimi Im-
peratoris Russiae Academia, quae Petroburgi omnis gene-
ris scientias in maius meliusque prouochit, munus Professo-
ris delatum, operam dedit. Praesertim viro consultissimo
BALTHASARI TILESIO, Regiomontanae nunc Anteces-
sori iuris primario, se adiunxit, consiliaque & ductum eius
secutus est, defenditque hoc ipso Praefide A. MDCCXXV.
publicam Dissertationem: de Cautela hen Verpfändung
meiner Haab und Guther. Digressus A. MDCCXXVI.
Pruthenicis Athenis Dantiscum aliasque splendidas mundi-
tieque adfluentes vrbes spectauit. Tandem sub finem A.
MDCCXXVI. in Holsatiam reuersus primum mente & me-
ditatione crebra recolens, quae Regiomonti & alibi hause-
rat, mox praxi forensi animum adiicere coepit, ac deinde
quo fructus industriae perciperet vberiores, a Facultate no-
stra Iuridica, ut titulo Doctoris ornaretur, petiit. Quam-
obrem impetrata admissione ad examina, & respondendi
alacritate & docta legum enodatione ita abunde Ordinis
nostris impleuit exspectationem, vt iudicatus sit dignissimus,
qui, quam obtulerat, Dissertationem *de coniugibus incanta-
tis eorumque separatione e publico suggestu futuro die*
Decembribus tutaretur. Quod igitur muneris mei est, Pro-
ceres generis dignitatumque suarum splendore conspicuos,
& fautores Musarum singulos, nostrosque etiam, vt solem-
nem hanc disputationem audiant, quo par est, cultu & ob-
seruancia rogo. P. P. Kiliae d. Decembribus MDCCXXVII.

(L. S.)

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

- §. I. Coniugiorum necessitas & utilitas.
- §. II. Obiter de etymologia coniugii & vocis incantare.
Definitio coniugii.
- §. III. An detur coniugium incantatum ? quaeritur ; &
affirmatur.
- §. IV. Obiectio : mali illius non dari posse rationem natu-
ralem. Responsio.
- §. V. Quot modis contingere queant ligationes inter con-
iuges.
- §. VI. Quinam hoc loco nodorum coniugum nomine
propreveniant? Differentia inter illos , & natura, vel
facto humano impotentes. De signis & notis co-
gnoscendi ligatos seu nodatos coniuges. Deligatio-
ne & impotentia magica respectuia.
- §. VII. Generatim de separatione coniugum incantatorum.
- §. VIII. Qualis impotentia requiratur , vt separatio incan-
tatorum coniugum admitti possit. Debet illa im-
potentia esse plena.
- §. IX. Incurabilis & perpetua. An ad tollendam ligatio-
nem , qua laborat coniux , magicam , ad magorum
auxilium confugere licet ? Negatur.
- §. X. An adire minimum magos licet ? Non indiscrimi-
natim.
- §. XI. An impotentia ex incantatione semper perpetua sit ?
Incantatio & ligatio temporaria quandoque in perpe-
tuam transit. Exemplum nobilis cuiusdam Papiensis.
- §. XII. Ut ligatio coniugii magica perpetua habeatur, quan-
tum temporis spatium requirant iura ? Quomodo
computandum id tempus sit ?
- §. XIII.

- §. XIII. Nullo declarato ac dissoluto matrimonio propter
incantamentum & ligationem magicam , an id redin-
tegrandum , si postea sanitas redierit ?
- §. XIV. Matrimonium propter incantationem & ligatio-
nem non soluitur , nisi ante copulam carnalem depre-
hensa fuerit ligatio . Gallorum cautela.
- §. XV. Obiectio . Responsio .
- §. XVI. Quid si incertum , accideritne impotentia ante ma-
trimonii consummationem , an vero post illam ?
- §. XVII. Quid si tamen indubitatum , maleficium contigis-
se coniugio carnali copula iam consummato , & sta-
tim post commixtionem ?
- §. XVIII. De separatione coniugum ex capite odii per ma-
giam confitati.









